



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 51. Dithmarsia a Friderico II. expugnata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI. rat, inauguratus fuit; ceterum magna
 A. C. 1559. animi æquitate, ac moderatione regnum
 administrabat, necnon Hafniense Colle-
 gium, atque in eo locupletissimam Bi-
 bliothecam instituit: mire enim assidua
 librorum lectione, ac literatorum con-
 sortio delectabatur. Denique, cum an-
 nos ferme viginti quatuor regnasset, o-
 biit anno salutis reparatæ millesimo quin-
 gentesimo quinquagesimo nono die pri-
 ma januarii, seu viginti quatuor diebus
 ante mortem Christiani II. Patruelis sui,
 quem tunc captivum (ut fertur) per-
 humane invisit, cumque ambo pluribus
 familiari colloquio simul contulissent,
 tandem mutuas sibi invicem injurias ple-
 ne condonavere. Eo tempore Christianus
 III. nonnisi quinquagesimum sextum
 ætatis suæ annum agebat, atque ex con-
 juge sua Dorothea Magni Saxonie Ducis
 filia plures filios, præcipue vero Fri-
 dericum II. Regni hæredem relinque-
 bat.

§. LI.

*Dithmarsia a Friderico II. ex-
pugnata.*

*Chytræus &
Thuan l. c.
Spond. hoc
ann. n. 2.* Obtento regni solio Fridericus II. ar-
 ma sua convertit in Dithmarsianam
 Provinciam, quæ Holfatiæ Ducis im-
 perio obnoxia in Slesvicensi Ducatu ad
 Albis oritia sita est, cujus incolas cum circa
 annum

annum Domini millesimum centesi-^{Sæcul. XVI.}
 mum quinquagesimum jugum ex-^{A.C. 1559.}
 cutterent, tandem Joannes Daniæ &
 Sueciæ Rex Anno Christi millesimo
 quingentesimo in ordinem redigere ten-
 tabat: verum ab eis repulsus una cum
 præcipua Holsatorum nobilitate cæsus
 est. Denique hæ gentes libertatem
 suam, quam per quatuor omnino sæ-
 cula sartam servabant, rursus hoc anno
 millesimo quingentesimo quinquagesimo
 nono amiserunt regnante Friderico II.
 qui tertio prælio ab Adolpho Holsatiæ
 Duce, ac Danici exercitus Præfecto de-
 victus fuerat: quapropter quinque hu-
 jus regionis Viri die decima quinta
 Junii Daniæ Principes in suis castris
 conveniunt, eisque exponunt, quod
 salva vita sua, bonisque sese submit-
 tere parati essent. Ea res diu multum-
 que in Senatu agitabatur, tandem vero,
 cum Adolphus rem lenitate potius com-
 ponendam censeret, ceteri omnes in
 eandem abiere sententiam, moxque
 Dithmarsianis pax concedebatur. Parta
 hac victoria Fridericus tum nonnisi vi-
 gesimum quintum ætatis suæ annun-
 tiavit, die vigesima Augusti inaugurari
 voluit, anno vero sequenti Ferdinandus
 Imperator foedus inter hæc gentes, &
 Daniæ Principes initum ratum habebat,
 illudque auctoritate Cæsarea firmabat.

Sæcul. XVI. Ceterum pacis conditiones, quas Historici fufius referunt, non minus Victori erant gloriofæ, quam devictis admodum proficux.

§. LII.

*Theologicæ Facultatis Parisiensis
censuræ.*

*Argentre
Coll. Et. jud.
de novis
error. tom. I.
p. 21. t. 2.
p. 277.*

Hoc anno quasdam censuras a Parisiensi Facultate Theologica pronuntiatas fuisse comperimus, ac præprimis die quarta Aprilis petente Curcellio Syndico damnabatur liber, cui titulus: *Instructio Christiana pro pueris*: postquam igitur Facultas ex hoc libro quasdam decerpserat propositiones, tandem conclusit, *hunc librum esse maxime perniciosum, pestiferum, destructorem potius juventutis instituendæ, quam instructorem, non tantum quia pleraque omittit necessaria ad instructionem puerorum, uti sunt dogmata de confessione Sacramentali, de invocatione Sanctorum, de precibus pro defunctis, de audiendo Sacro, &c. Et in hoc, quod dicit: Solus Christus Dominus est Mediator, & Advocatus pro nobis, aperte est hæreticus, Et passim suspectus de hæresi Sacramentariorum.*

Altera censura die decimo quinto ejusdem Mensis Augusti lata perstrin-
gebatur liber a Senatu ad Facultatem
transmissus, cui titulus: *Modus in lite-
ris*